


**Lessus Funebris in obitum inopinatum sed beatum Viri Clariß. Excellentiß. & Experientißimi Dn. Johannis Bacmeisteri Philosophiae & Medicinae D. ac Professoris publici in Academia Rostochiensi, nec non Ducalis ibidem Collegii Professorum, Senioris benemeriti adornatus a Genero, adfinibus & amicis**

Rostochii: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766612325>

Druck Freier  Zugang





Ms. 32

Mk-13755<sup>1-30</sup>  
<16. J. >

10  
Lectus Funeris in obitum  
inopinatum sed beatum

*Viri Clariss. Excellentiss. & Experientissimi*

**DN. JOHANNIS  
BÄCMEISTERI**

Philosophiæ & Medicinæ D. ac Pro-  
fessoris publici in Academia Rostochiensis,  
nec non Ducalis ibidem Collegij Professo-  
rum, Senioris benemeriti ad-  
ornatus

à

Genero, adfinibus &  
amicis.



ROSTOCHI,

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXI.



*Erris excedens superum migravit ad  
aulam,*

*Canitie nivea venerabilis, & gravis  
annis,*

*BACMISTERIADES, urbs quem tot lustra medentem  
Vidit, & e Cathedris Academia nostra docentem.*

*Varnica nunc Rhodope, nunc Varni prases Apollo  
Deslet eum, & merito lacrymis sibi luget ademptum.*

*Acclamat Schola tota, vovet patria incolaq; urbis,  
Molliter o tumba tanti senis ossa quiescant.*

*Petrus Lauremberg D.*

*p. r. Prorect.*



*Προσφώνησις*

*Ad Virum Clariss, Excellentissimum,*

*Dn. Socerum suum, dum fata sinebant,  
mellitissimum,*


*Tu caelum repetis, tristi nos orbe relinquis,  
Chare Senex, animi portio magna mei.*

*O nimium dilecte Deo, qui mortis amara  
Spicula non passus, caelica castra petens.*

*Eato sejuncti sumus, ast nos fata subinde  
Conjurgent rursus fulgidi in arce Poli.*

*Theodori Varmejeri J. U. D.*


*Mille*



**M** Ille animas gelidis elabi ex unguibus atra  
 BACMEISTERIADÆ cum videt arte, SENI  
 Mors, modò cervices quatit indignata tremendas  
 Et queritur vivo se nihil esse sene;  
 Mox cupit irarum plenissima summere pœnas,  
 Nec semel aggreditur cominus ipsa virum:  
 Quæ toties frustra fuit, insidiosa peremit  
 Heroa, & fassa est crimen, & erubuit.

testandi affectus causâ in piæ defunctum  
 Dn. Præceptorem, scribebat:

Christianus Schmilow Ph. & Med. D.



**I** An-BACMEISTERUS subitâ quod Morte peremptus  
 Quid hoc? cum Medica Doctor in arte fuit?  
 Qui medicamentis multos à Morte redemptos  
 Instanti, vitæ reddidit atq; suis;  
 Cur sibi non potuit medicâ succurrere curâ?  
 Ac inhibere Necis vim, subitumq; malum.  
 Num quid Mors artis voluit prævertere curam?  
 Ne fors hæc fierent impedimenta sibi?  
 Sive quod, ut fixus nostri stat terminus ævi,  
 Sic hunc abreptum fata severa trahunt?  
 Scilicet hæc causa est; Nostri stat terminus ævi  
 In manibus fixus Cuncta moventis Heri;  
 Quem cum Consequimur, Fatum nil Pharmaca curat,  
 Sive quod hic multum Doctor in arte valet:  
 Sed rapit hos, illis, dempto discrimine, nulli  
 Parcens, seu sit iners, sive sit arte potens.

A 2

Hunc

Hinc Hippocrates excellens, atq; Galenus,  
 Cum Medicis alijs hinc abiere viris;  
 Nec Paracelse tibi potari profuit auri  
 Haustus, quid contra missile Mortis atra:  
 Nec Panaceja valet quid presentissima, contra  
 Arcus jam nervo spicula missa Necis.  
 Hinc Backmeisterus quoq; Doctor in arte medendi  
 Nunc abit ad Patres per cita fata suos.  
 Verum quid refert, subita quod Morte recedat,  
 Praecedens ejus cum bona vita fuit,  
 Illius unde etiam, quamvis subitanea, nostrum  
 Non est à quoquam Mors reputanda mala  
 Cum, bene quò vixit, nunquam malè Morte recedat,  
 Ut, malè qui vixit, nec benè Morte cadat.  
 Qui Domino vivet, Domino morietur & ipse,  
 Pendet enim vità Mors bona Morsq; mala.  
 Unde quidem lugent modò, ei qui sanguine juncti:  
 Et quos Affines Copula Carnis habet;  
 Incluta nec non hæc Academia nostra Rosarum,  
 Ac Medicæ studijs dedita turba suis:  
 Ponere sed metam luctu lacrymisq; studebunt,  
 Ipsum cum cæli regna subisse sciant;  
 Nec quidquam profit luctus, nec fata regressum.  
 Concedant regnis ex Libitina, tuis.  
 Viribus atq; insit cum non Patientia nostris,  
 Ac motus animi composuisse sui.  
 Is lenes motus turbatis cordibus indet,  
 Qui Consolator Solus & audit & est:  
 Qui lucere facit post turbida nubila Phæbum,  
 Et post tristitiam lætificare solet.  
 M. Ioh. Steinius Ecclesiast. ad D. Nicol.  
 An. a VSPICIO DOMINI qVO pAX HIS ORTA SUB ORIS.  
 Charif-

CHarissimi ne lugeatis vos mei,  
 Tu chare *Frater, Costa, Fili, & Filia,*  
 Et tu mihi corona juncta sanguine,  
 Subire fata non vitanda compulit  
 Viti-clepa *Diva* me subire, sic *Deo*  
 Volente, cuncta & disponente, maximo  
 Mandata cujus *Dia* par est exequi,  
 Spacio, vocantis, absoluto. Cogitat  
*Iehovah* de vobis benignus. Iugiter  
 De te *Iehovah*, chare *Conjux*, cogitat,  
 De te *Iehovah* chare *Fili* cogitat,  
*Iehovah* de vobis benignus *Filia*  
 Et ipse verè cogitat. Vos unicè  
 Pietate in hoc uno non ficta ponite  
 Fiduciam, atq; pectorum quiescite  
 Motus & ipse suggeret *Vicarios*-  
 Vobis-*Patronos*, qui tonantem maximè  
 Sortem benigni sublevabunt. Discite  
 Hunc ferre forti corde duriusculum  
 Casum, mihi nec invidete gaudij  
 Initia, circum-quod modo non scribitur  
 Beatitatis, atq; metis temporum  
*Frater* valeto, *Nate, Conjux, Filia,*  
 Et quos mihi propinqua junxit *Charitas*  
 Valete supremum, dies dum vos polo  
 Idem beabit atq; conjunget mihi

M. Georgius Schedius, Scholæ Gustrov. Rector.

43

Et





**E**T rudis & doctus, juvenisq; senexq; fur ori  
Morti subjectus, nemoq; liber abit.

Multa licet multi discant, teneantve fideles;  
Non tamen ars, morti qua medeatur, adest.

Vir, quem portari dormitum lux hodierna  
Cernit, nonne vir hic plurima doctus erat?

Certè erat: ast subito nunc morti subjacet. Inde  
Quisquis es, Exemplum ducito, discce mori.

Disce, quod in mortem non sit medicamen in hortis,  
Disce, quod in mortem qualibet ars sit iners.

Est reliquum, voceam denato, molliter ille,  
Ut cubet, ut dulcis, quam capit, illa quies.


Ut latus, quando Index justissimus alto  
Caelo descendet, corpore surgat humo,

Qua spe lactati relictis sistere luctum  
Debent, ad reditum seque parare parem.

lugens lugebat

M. Simon Hennings Bergens.

S. S. Theol. Studiosus.



**G**Audia sunt mundi vanissima: CHRISTUS JESUS  
Solutus noster Amor, Vita, Salus, Requies.

Lex communis habet, divinâ reddita voce,  
Productus terrâ es, terrâq; te capiet.

Sic; Lex immota est, calcandi omni est via lethi,  
Doctos cum rudibus, mors terit atq; ferit.

Nunc

Nunc est certa quies, nunc fulgent gaudia vera  
Quæ nos speramus non dubitante Fide,  
Gratamur placidè Functo, Cœlisq; recepto  
Mortuus est Nobis, vivit at Ille DEO.

*κλαίων μετὰ κλαίωντων scribebat*

M. Bernhardus von der Linden  
Rostoch. SS. Theol. Studiofius.

---

**M**ors faleata parùm Galeni pharmaca curans  
Doctorem f. ANUM Medicæ, cheu, abstulit artis.  
Sic inventa tibi nusquam fuit herbula talis  
Quæ diræ potuit propellere spicula mortis?  
Verùm Phœbæa non semper tollitur arte  
Morbus, sed mortis lex cunctis scripta videtur.  
Hinc BACMEISTERUM te terq; quaterq; beatum  
Censeo, quid spero mundo ad cœlestia tendis  
Gaudia nunc requiem capis hæc connectus in urna  
Semper ut hanc capias Musarum turba precatur.

Condolens f.

DAVID MULLERUS

Gyphif. Pom.

---

**I**N Pylios meritò dignus qui viveret annos,  
Is gelido tactus frigore mortis, obit.  
Mortuus est subitò, quem Phœbus honestat ob artes,  
Sæpè quâ poterat rumpere fila necis.  
Rupit & est ruptus, corruptus & usq; manebit  
Dum Rumpet Ruptor ultima fila poli.

*Nicodemus Erich Gryph. Pomer  
Effex-*


D 16.



**E**ffertur medicus! medicas ad vulnera quondam  
Felici poterat qui arte adhibere Doctor.  
Pharmaca qui ægrotis solitus præscribere Doctor,  
Iam lenti tactus moræ jacet miser heu!  
Hic jacet. Et mirum hoc? cum victus morte crudeli  
Et victor mortis: hic quoq; victus erit,

Mæstus fund.

Theodorus Petersenn Hamb.



**L**Ethò nil gravius, nilq; est vulgarius illos  
Mortales ullum nec mage pressit onus.  
Non etenim personam hominis tempusvè locumvè  
Spectat, præpropero sed pede tendit iter.  
Mundanas non curat opes, ratione sed æquã  
Irum cum Cræso mors violenta rapit.  
Pauperis & tuguri congestum cespide culmen  
Non uodò, sed Regum &, gaudet adire domos.  
Supputat haud annos ætatis flore vigentum,  
Mollia sed Juvenum corpora condit humo.  
Quos & nobilitas generosaq; nomina tangunt  
Hos tandem fertò tristitia fat a manent.  
Musarum haut parcit gnatis, sed sæpe pudoris  
Nescia non doctis comparat Arte graves.  
Non tantum tollit fruges consumere natos,  
Sed & frugiferis plurima lustra negat,  
Quos Musæ emeritos optant superesse perennes,  
Mors vult consueto colla subire jugo.

Exem-



Denn es fehret so schnel dahin/  
Wie ein gedanck in vnserm sinn/  
Vnd wie ein Vogel flouget weg/  
Über Berg vnd Thal ohne zweg.  
Es ist gleich einer Blumen fein  
Gepflantzet in dem Gärtelein/  
Welche / so der Wind drüber weht/  
Sich beuget vnd zur stund vergeht.  
Es ist wie eine Wasserblas  
Vnd so gebrechlich wie ein Glas/  
Das man kan brechen leicht in stückn/  
Über nicht wider zusam stückn/  
Es ist ein Weberspül ehnlich/  
So der Weber g'schwind vnd eyllich/  
Aus seiner Hand nach seiner Manier  
Scheuffet bald hin bald wider her.  
Summa. Es kan mutation  
Gorfalln all bald in vnserm thun  
Das eh wirs haben sinn vnd muth/  
Gott mit vns spielet kurz vnd guth/  
Das wir auß sein gleich wie ein Viecht  
So mehr schatten wil geben nicht  
Weil es kein nutriment kan han  
Vnd derhalb muß sein brennen lahn/  
Ja für Abend kans werden gahr  
Anders wie es am Morgen wahr  
Wie vns auch der Hauslehrer weiß  
Erinnern thut mit allem fleiß.

Drumb

Drumb wer dieß Lebens nichtigkeite  
Vnd desselben hinfüchrigkeit  
Erweget vnd recht betrachtet/  
Derselb das gang nichts achtet/  
Sondern vielmehr sich sehnen thut  
Nach dem Himlischen freuden Gutt.  
Welches gethan der Schluger  
Doctor **JOHANNES BACMEISTER**  
*Artis Medica Professor*  
Vnd der *Academ<sup>9</sup> Senior*  
Ein Hochgelarter Man von Kunst/  
So ihm bey Männiglich macht gunst/  
Fromb/ freundlich vnd sehr treuherzig/  
Redlichs Gemüths vnd aufrichtig/  
Mein Hochgeehrter Freundt sehr wehret  
Den mir Gott sonderlich beschert  
Zum *Patrono vnd Fautori*  
Auch *Liberali Hospiti,*  
Nach dem Er seinen Lauff vollende  
Vnd sich nach Gott im Himmel wende/  
Ist mir abgangen jetz sehr leide/  
Welchen ich hat für andern weich  
An Vaters statt gesehen auß/  
Wird jetz getragen auß dem Hauß.  
Ach leider Er leß nach viel Herzn  
So sich omb' ihn engsten mit schmerkn  
Vnd beklagen mit grossen leid/  
Den trawrign schleunigen Abscheid

Schla,

Schlagen das Heupt / reuffen das Haar  
Bedeckt mit sorgen ganz vnd gahr.

Aber was hilfft doch klagen viele  
Er hat nun erreicht sein Ziel  
Es ist Gottes will so gewesen  
Der ihn hat lassen genesen  
Vnd in dieser Welt böß vnd schnd  
Darin leben viel Köpff vnßod/  
Nicht lenger wollen lassen sein  
Sondern ohn einige Todts pein  
Sodern in sein Schlafkammerlein  
Daselbst zu ruhen sanfft vnd fein.

Derwegen nur Fraw Doctorin  
Die trawrigkeit lindert im sinn  
Auch Kinder vnd Befreunde all /  
Nicht zu sehr betrawrt diesen fall /  
Setzet doch endlich mach vnd ziel  
Ewres klagens vnd weinens viel/  
Vnd laß von ewen Backen nicht mehr  
Die Thränen fließen so heuffig sehr.  
Thut Gott nur halten auß sein still  
Er wil doch haben seinen willn.  
Es hat der Sehliger Doctor  
Erlanget ein ehrlich Alter /  
Vnd tröst Euch das Er ist sehlig  
Geschlaffen ein vnd geruhig  
Vnd das nach dieser zeitigkeit  
Wird kommen eine Ewigkeit

In

In welcher Ihr in grosser freud  
Dhn trawrigkeit / sorgen ond leide .  
Ihn sehen werde alzusamen  
Dazu Gott helff gnedig/ Amen,

Ita ex intimo cordis dolore lugebat desideratissi-  
mi sui per biennium Dn. Hospiti obitum

Johannes Widtstochius

Pom. S. S. Theol. Stud;



Doctor Iohannes Bacmeisterus

*Per anagr. c. i. mut. s. expuncto*

Nunc abeo! en hora mortis adest!

*Elaboratio.*

**N**unc abeo, nunc mortis adest en! hora,  
*lebove*

*Mando, quos linquo; nunc valeant: abeo.*

*L. M<sup>g</sup>. f.*

Matthias Velhaverus Dem. Pom.



**V**Ita quid est? Nimbus, qui defluit ilico; Somnus

*Non durans; Gramen, falx quod acuta secat.*

*Est hominum fragilis nimium nimiumq; caduca,*

*Vitæ conditio, quid sumus? Umbra sumus.*

*Comprobat hoc Magnus senio ingenioq; celebris,*

*Doctrinâ pollens consilioq; potens*

*Vir BACMEISTERUS, subito cui nigra senilem*

*Forpice dissecurit Persephoneja comam.*

*B 3*

*ESC*



Est equidem rapens, Foram ac voluisse putandum est,  
Quo sine nec vilis desitae oro pilus.  
Ergo tibi merito gratamur regna beata  
Bacmeisterere senex, saepe rogata tibi,  
Cernis ubi Patrem cum Naco & Flamino summum,  
Et fulges veluti stella corusca poli.

Michael Montanus Bardó-Pom.



**O**Mnia miscentur luctu jam in Apollinis aula,  
Quippe novi venit dira procella mali.  
Cui Bacmeisterero Phoebus commiserat artes  
Pæonias, Eheu! tristia fata necant;  
Nil Panacea potens potuit, medicina salubris  
Aut Mithridateis pharmaca mista modis.  
Usq; adeo nullus toto reperitur in orbe  
Quem non abripiat Mortis avara manus!

*summa Condolentiæ E. fundebat*

Daniel Oberbergk.



### Grabschrifft/

Über den Seeligen Abschiede des Hochgelahrten  
Herrn D. Iohannis Bacmeisteri.

**I**ess vneer diesem See ein Doctor liegt begraben/  
Vnd wegen seiner Jahr ein Vater vnser zeit/  
Ein trewer Medicus der in grosser Kranckheit/  
Ein jeden nächlich war die matten konte haben.

Der

Der in dem Alter sein der Jugend Edle gaben/  
Wol wüß zu wenden an durch Sinnreichen Verstande.  
Dem Wurzeln/Kreuter/Stein/Frucht/Saamen war bekant  
Auch was die tieffen Thal vnd Klippen in sich haben.

Der selbst ist nu mehr Todt / drum kan ich sagen frey  
Das vnser grosse hülfß vnd kunst gestorben sey/

Ihr Christen. Herzen all erhebet ewre Stimmen/  
Vnd breyt sein grosses Lob vnter den Leuten auß/  
Sein Seel ist schon bey Gott ins Himmels hauß/  
Daselbst die Engelschar das HErr Zibaoth singen.

Samuel Wernerus

Elbing. Boruffus.



**L** Anifica O Parca rumpentes stamina vita!  
O Atropos, Clotho, Lachesis atq; Soror!  
Vos movit queso quid rumpere stamina vite

**JANI BACMEISTRIS** qui Parruus mihi erat,  
Qui salamen erat Natis, summus meus atq;  
Mæcenas, animæ dimidiumq; mea.

At spes Ab hominum fragilis, dum tristitiâ fata,  
Illam corrumpunt, nec stabilem esse sinunt!

Linqvite tristitiam Gnati, Gnataq; renelle,  
Nam fuit in fati, sicq; DEO placuit.

Sentit enim vester, meus & modò gaudia cæli,  
Sentit & vî vita justa Begebia sue,

Quæ Deus omnipotens gratis concedat ut ipsi,  
Ac tandem nobis, corde gemente precor.

Debitæ condolentiæ & doloris contestandi  
gratiâ calamo properante scripsit

Nicolaus Bacmeisterus Rost. Nieg-  
& demortui ex fratre nepos.

Bis



**B**is sex lustra meus, tumq; octo patruus an-  
nos.

Gratiâ habens Domini vitæ satur emigrat huj9  
Immundo mundo; cui mæsti corde doloris  
Et luctus pleno precor; ut permolliter ossa  
Sub busto requiem capiant, animamq; beati  
Abrami teneat gremium: pōst glorificatum  
Corpus de terrâ surgat, vitâq; fruatur  
Iunctum animæ (lugens animo sic opto) pe-  
renni.

*Ita lugenti animo Patruui sui longè deside-  
ratiſſimi obitum proſequitur.*

Lucas M. F. Bacmeisterus  
Lunæburgensis.



1711  
Iohannis Vofu Gerhardi III. est Rectoris in Lubeca gausau, nina natusuus Eli-  
sabeth Millier gausau, mit der er gezeuget

1. Iohan, so zu let, dar dreyer Torgendoff Varnaltor gausau, der hin-  
terlassen nina Vofu, nelson Vindiger zu Hülla in Hindersuffau. +

2. Gerhard, sonit nina von Lüuburg, die über 400. Jahren des Rector-  
rüß in Lübeck beklidet, sie Varnüßlet, von der gelofen  
nina Vofu, natusuus Gerhard, Mercator. und  
Erster, natusuus Elisabeth, die zu let, se. Henricu Balaman,  
i. u. D. und deut. Lubec. für 170. gausau.

3. Agnes, die Varnüßlet an se. M. Michael. Sirciu Pastor an St. Ma-  
rien in Lübeck, da von die Hann Sirciu  
M. Gerhard, Ecclesiaster Regd. Lubec.  
Michael, S. Theol. D. et Superint. Circuli Rostock.  
Iohannes, i. c. tur et cor. Lubec.  
Christophoro, secretar. Lubec. etc.

4. M. Hermann, Lat. ad otium Traua, so main Deyinger. Vater.  
Herman, so der Erbstaters Landgatt Kübbans Doff garbat, hat nina  
nina Vofu hinterlassen, so auf Herman gausau, nelson ad 1619.  
Catharinam von Nilsen gausau, mit der er gezeuget

1. Herman, der der Vaterf Landgatt bekommen, hat gezeuget Marg. Elisabeth.  
Güldenauis, von der gelofen


Mortuus est an. Herman Bernhard, Lieutenand, der ich, der Vaterf Landgatt  
1711. 24. April. das ist, und Clara Krüthofus gausau. Haec peperit filium in partu mortuum.  
Oct. 55.

Iohan Daniel, Mercator. +  
Dorothea Catharina, Varnüßlet an se. Hinrich Julig Elder, Major, Margaretha  
unselb gelofen  
2. Hilam Elabe Cathar. Margre-  
tam Elisabeth. 3. Gemellar. Dorothea  
Clara Elabe.  
5. Gistinan Julia  
nam et G. Her-  
man Christophor.

2. Bernhard, der Studirt, und in Franckreich, Jugalland, Teichelland und  
Hindarland sieß well Varnüßlet, ist nina gelofen Varnüßlet.

3. Daniel.

NB. Hüßer Hermann Bernhadi Filia natu maxima Elabe Catharina, elocata est  
anno 1726 Haec conuignata ad. 1695.  
in Ducatu Mecklenburg. Viro Nobili de Bassowitz.



Der in dem Alter sein der Jugend Edle g  
 Wol wüß zu wenden an durch Sinnreichen D  
 Dem Wurzeln/Kreuter/Stein/Frucht/Saame  
 Auch was die tieffen Thal vnd Klippen in sich  
 Derselb ist nu mehr Tode/drumb kan ich  
 Das vnser grosse hülfß vnd kunst gestorben sey/  
 Ihr Christen. Herken all erhebet ewre Si  
 Vnd breit sein grosses Lob vnter den Leuten au  
 Sein Seel ist schon bey Gott ins Himmels hat  
 Daselbst die Engelschar das hErr Zebaoth sin  
 Samuel Wer  
 Elbing. Boru

*L* Anifica O Parca rumpentes stamina vita!  
 O Atropos, Clotho, Lachesis atq; Soror  
 Vos movit quaso quid rumpere stamina vita  
 JANI BACMEISTRIS? qui Patruus  
 Qui salamen erat Natis, summus meus atq;  
 Mæcenas, animæ dimidiumq; mee.  
 At spes Ab hominum fragilis, dum tristia f  
 Illam corrumpunt, nec stabilem esse sinunt  
 Linquite tristitiam Gnati, Gnataq; renelle,  
 Nam fuit in fatis, sicq; DE O placuit.  
 Sentit enim vester, meus & modo gaudia cæli,  
 Sentit & vitæ justa Bez. Bæa sue,  
 Que Deus omnipotens gratis concedat ut ipsi,  
 Ac tandem nobis, corde gemente precor.  
 Debitæ condolentiæ & doloris  
 gratiâ calamo properant  
 Nicolaus Bacmeisterus  
 & demorui ex f

